Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

et mel et oleum et resinam proſu-
erunt i nundinis tuis. Damaſce-
nus negociator tuus i multitu-
dine operum tuorum: i multitudine
diuerſarum operum i vino pingui
in laneis colores optimi. Dan et
Greca et mozel i nundinis tuis
proſuerunt ferrum fabrefactum ſtacte
et calamus i negociatores tua. Da-
dan inſtitores tui i tapetibus ad
ſedendum: Arabia et vniuerſi principes
cedar iſti negociatores ma-
nus tue. cum agnis et arietibus et
hedis venerunt ad te negociatores
tui. Venditores ſaba et regma
iſti negociatores tui. cum vniuerſis
primis aromatibus et lapide pre-
ſo et auro quod proſuerunt i mercatu
tuo. Aran et chene et eden nego-
ciatores tui. Saba aſſur et chel-
mach venditores tui. Iſti nego-
ciatores tui multipharia in mulu
tas iacinti et polimitorum gaza
rum: ſupellectilium que obuolute et
aſtricte erant funibus cedrosque
habebant i negociationibus tuis
Naues maris principes tui i ne-
gociatione tua. et repleta es. et
glorificata nimis i corde maris
in aquis maris adduxerunt te
remiges tui. Ventus auſter con-
trivit te in corde maris divi-
tiarum tuarum. et theſauri tui et multi-
plex inſtrumentum tuum Nauta
tui et gubernatores tui qui tene-
bant ſupellectilem tuam. et populo
tuo peccant: vniuerſi quoque bella-
tores tui qui erant tecum i vniuerſa
multitudine tua que es in medio
tui cadet i corde maris i die
ruine tue. A ſonitu clamoris
gubernatorum tuorum conturbabuntur
claſſes. et deſcendent de navibus
ſuis omnes qui tenebant remum
Nauta et vniuerſi gubernatores
maris in terra ſtabunt et eulabunt
ſuper te voce magna. et clamabunt
amare. et ſuperponent pulverem ca-
pitibus ſuis. et cinere conſpergent
et tradent ſuper te caluitium: et atton-
gent calvos et plorabunt te in
amaritudine animi plorantes amari-
ſſime: et aſſument ſuper te carmen
lugubre. et plangent te. Quis eſt
ut tyrus que obmutuit i medio
maris. Quis i exitu negociationum
tuarum de mari impleſti populos
multos i multitudine divitiarum
tuarum et opum tuorum ditaſti reges
terre: Nunc contrita es a mari
in profundis aquarum opes tue: et
omnis multitudo tua que erat i
medio tui cecidit: Omnes inhabi-
tatores inſularum obſtupuerunt
ſuper te: et reges earum omnis tempe-
ſtate pauſſi mutauerunt voltus. Ne-
gociatores populorum ſibilauerunt
ſuper te. ad nihilum deducta es et
non erit uſque i aeternum

Capitulum XXVIII

Et factus est ſermo domini ad
me dicens. fili hominis dic
principi tyri. hec dicit dominus
deus. eo quod elevatum eſt cor tuum. et
dixiſti. Deus ego ſum. et in cathe-
dra dei ſedi i corde maris: cum
ſis homo et non deus. et dediſti cor
tuum ſicut cor dei. Ecce ſapiencior
es tu daniele. omne ſecretum non
eſt abſconditum a te. In ſapiencia et
prudencia tua feciſti tibi fortitudi-
nem et acquiſiſti aurum et argen-
tum i theſauris tuis i multitudine
ſapiencie tue: et i negociatione tua i
multiplicaſti tibi fortitudinem. et